expresse palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Adamum olim Joannis Golemiewski de solutione viginti florenorum Polonicalium debiti [illegible] quietat et inscriptionem cassat perpetuis temporibus. Atque sua personali recognitione in Omissionis mediante.

Szablowski **Debitum**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Loransiensis personaliter comparens Nobilis Albertus olim Alexandri Krzenowski filius sanus mente et corpore expresse palam publice ac libere recognovit. Quia Generoso Andreae Anselmo Szablowski in Bojtarij [illegible] [illegible] et pro [illegible] successoribus viginti florenorum Polonicalium debiti certi veri et liquidi mutuatae pecuniae teneri ac debere et pro festo Sanctae Barbarae Virginis et Martyris proxime futuro parata pecunia solvere realiter et effective dare et restituere se de omnibus bonis cum successoribus suis submittit et inscribit sub vadio similis alterum viginti florenorum Polonicalium in defectu solutionis tempore praefixo ad solvendum succumbendo. Et coram officio praesenti Castrensi Capitaneatus Loransiensis in primo citationis termino peremptoria responsione ac satisfactione omnibus in universum iuris remedijs et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores [illegible] abrenunciando et abrenunciando. Sub amissione sua suorumque successorum totius et integrae causae.

Puchalski **Emissio**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Loransiensis personaliter comparens Nobilis Marianus olim Stanislai Buralowski Bojtarowski sanus mente et corpore expresse palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Albertum olim Felicis Puchalski de vulneribus sibi per eum illatis tum et processu eo nomine obtento ob [illegible] sibi sufficientem satisfactionem quietat emittit et liberum facit Actionemque vulnerum ac processum cassat perpetuis temporibus.

Rzepnicka **Assecuratio**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Loransiensis personaliter comparens Nobilis Christophorus filius [illegible] Krzyniewicki de Krzyniewicze Zadnie sanus sanus mente et corpore expresse palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Marinae filiae Nobilis Adami Rzepnicki consorti suae summam in omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus in hereditate Krzyniewicze Zadnie consistentibus hereditarijs obligationibus paternis maternis et alijs quovis modo se concernentibus ac nobilibus locorum consistentibus bene habitis et in post favente

Deum